

*nostra sit, quàm si ipsimet pro nostris peccatis
pœnas dedissemus & Deo satisfacissemus.*

INEFFABILIS sapientia latet in doctrina de
Sacramentis; in primis in altero N. T. Sacra-
mento.

Σωτῆρας enim complectitur totum D. ver-
bum.

Revocat nobis in mentem

miseriam	} mentio- ne	} crucifixionis Christi	
liberationem			remissionis pecc.
gratitudinem			annuntiationis mor- tis Christi.

Ideo non satis est verba ediscere, aut semel
explanationem eorum audire: sed
semper pro re nata attentè audire &
salubriter Sacramentum hoc usurpa-
re æquum est.

Ut verò nulla doctrina tam consolatoria
quàm hæc est: sic nullam Satan &
ipsius organa semper magis op-
pugnarunt.

Nec est doctrina, quæ hominem pluribus
& majoribus periculosioribus quæ er-
roribus implicare possit, non intelle-
ctis phrasibus, quibus S. S. in doctrina
hac perpetuò utitur.

Ad occurrendum proinde malo isti: con-
siderabimus verba; hoc est corpus
meum &c. Et

I. *μετῆσίαν* revincemus.

II. *Ἀδολογίαν* loquutionis illius ex D. verbo
monstrabimus.